Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Offerimus tibi dne calicem sa
lutaris tuam deprecantes clemenciam
ut omnipotentis dei in conspectu divine
maiestatis tue cum odore suavi
tatis ascendat. Per x. Locando ca
licem facat cum eo cruce. In nomine
patris et filij et spiritus sancti. Fac cruce
sup calicem dicens. Sanctifica quesumus
dne hunc calicem et per eum. ut nobis
omnipotentis tui sanguis fiat. Per
eundem x. Leva manus et benedic
utrumque dicens. Qui creator et
sanctificator omnipotens cunctorum bo
Hodie dignare hoc sacrificium
quod nomini tuo preparatum et oblatum
est ante te per eum ut tibi placens et
acceptabile fiat. Per x. Cooperi
calicem. Deinde inclinatus ante al
tare compressis manibus dicat.
Supplices te rogamus omnipotens deus
iubes hanc oblacionem quam tibi in dignum pecatorum
offerimus ob memoriam passionis resurrectionis et ascensionis domini
nostri ihesu xpi et in honore sancte de
genitricis marie semperque virginis
et beati ioanis baptiste. et sanctorum
apostolorum tuorum petri et pauli istorum
et omnium sanctorum tuorum ut illis proficiat
ad honorem nobis autem ad sa
lutem istis et fidelibus animabus in
requiem eternam et ut illi dignetur
pro nobis intercedere in celis quorum
memoriam agimus hic in terris.
Per eundem x. Deinde osculet altare
et consistens ad populum dicat. Oratte
pro me pecatore fratres et sorores ut
meum et vestrum sacrificium acceptabile
fiat omnipotenti deo. Per xpm
dominum nostrum. Dne exaudi oracionem
meam. Et clamor meus ad te veniat.
Sequitur secretum unum vel plura
juxta hunc concludit. Per dominum nostrum
ihesum xpm filium tuum. Qui tecum
vivit et regnat in unitate spiritus
sancti deus. Sequitur Pater noster et
prefacio in natitate dni collectum
cantando. In natitate dni. Per
Eterna leta sedor. Pacem
vobiscum. Sursum
corda. Gracias
agamus dno deo nostro.
Vere dignum et iustum est
equum et salutare. Nos
tibi semper et ubique gracias agere.
Dne sancte pater omnipotens eterne deus.
Quia per incarnatum verbum mistere
tuum novum mentis nre oculis
lux tue claritatis infulsit. Vt
dum visibiliter deum cognoscimus
per hunc in invisibilium amorem ra
piamur. Et ideo cum angelis et
archangelis cum thronis et do
minacionibus. Cumque omni milicia
celestis exercitus hymnum glorie tue
canimus sine fine dicentes. Infra
canone. Communicantes et
nocte vel die sacratissima vel
sacratissimum celebrantes quam
marie intemerata virginitas
huic mundo edidit salvatorem.
Sed et memoriam venerantes
in primis eiusdem gloriose semper
que virginis marie genitricis dei et